



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. An Petrus iustitia exciderit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

tur partes, quarum tertiam vocat gallicinium. Nam et si media nocte canere solent, non tamen id semper fit, nec illud tempus est, quo ad opera homines vocat & labores. Itaq; cum absolute gallicinium de matutino intelligendum est. Syri vocant **קריאת הציפורין** cantum, seu potus, vocationem galli. median nocte, appellant diuisionem noctis. Inde vero etiam dicitur **אֶתְהַלֵּק שָׁמַיִל וְיִשְׁעוֹ עֲלֵי שְׁמַיִל וְעַל שְׁמַיִל**, quod electo excitet. Hoc etiam Gallicinium Plinius 10. c. 21. agnoscit. Proxime gloriam sentiunt, & hi nostri vigilis nocturnum, quos excitando in opera moribilibus, rumpendo somno natura querit. Norunt siders, & ternas distinguunt horas interdu cantum sole eunt cubitum, quartaque castris vigilis ad curas laborumq; reuocant. nec solis orum incautus pariturus obrepere. Vespere aliquando canunt, sed id insolitum. Plinius. Habent ostensa & propetiosi, (alijs propetiosi) eorum vespertiniq; cantus. Itaq; Euangelistæ satis habuerunt, vti communissimo loquendi modo, quo secundus cantus intelligitur. Quin etiam proverbium apud Græcos est de laboriosis, & antelucanas operas obeuntibus.

Πρὶν ἢ δούτερον ἀλεκτρυὼν ἐφθέγγετο.

Priusquam secundo Gallus cantet.

Veteres diem à noctis medio natural^{em}, vii & nos
inchoabant: tempus insequens, nempe quod est hore
nostræ tertię Gallicinium appellabant, quod inde ad
auroram, conticinium. Aurora illucescente, diluculū,
plena orta iam luce, mane. Huius meminist cantus A-
ristothanes in concionatricibus.

οὐ δ' εἰ μὰ Διὰ τὸ ἦλθες, ὅτι τὸ δίδωκεν

Ἀλεκτρυων ἐφθέγγετο;

*Vnde? Non siper Iouem eo venisses tempore, quo Gallus se-
cundo cecinit. Eriueni. Quod tamen ad Galli cantum facit
ille secundum, Proximus ante diem caupo sciet. Ex his igitur
constat, quæ sit Euangelistarum trium sententia. Pet-
rum nepe ter negasse ante Gallicium ordinarium,
quodq; ita vocari solitum erat, Marcum expresse id
tempus denotasse. De tempore igitur constat, de do-
mo etiam constat; nam in ædibus Caiphæ non Annæ
ter negauit. Si enim in Annæ ædibus deprehensus se-
se sensisset, non esset domum Caiphæ ingressus.*

§. 2. Oratio negationis ille fuit, *Marthaus ait. Primo ancillam dixisse, et tu cum Iesu Galilaeo eras.* Cui respondit, *Nescio quid dicis.* Marcus 14. 66. ait, *fuisse vni ex ancillis summi sacerdotis, cum esset in aula doctum,* et Petrus se calefacienti dixisse, *Et tu cum Iesu Nazareno eras,* cui respondit, *Neg. scio, neg. non quid dicas.* Et exiit foras ante atrium, et Gallus cantavit. Apud Lucas. et hic cum ille erat, cui Petrus: *Mulier non novisti illum.* Ioannes 18. 17. *Vocat ancillam ostiariam, quae primo interrogavit. Niquid et tu ex discipulis es hominis istius?* dicit ille: *non sum.* Omnia illa dicta, et acta sunt. Prius rogavit, illo negante, affirmavit illa.

Altera negatio contingit, Petro exeunte ianuam, *εις τον πυλωνα*, in atrium, nempe subdiale, paulatim enim fubducere se cogitabat. Cum ergo in atrio eflet, iterum *negauit cum iuramento. Quia non noui hominem.* Lucas factum in atrio iudicat, fed cum exierit, ancilla accufare cepit, ille negauit; & durauit etiam contentio in ipfo atrio. Lucas v. 58. non diflentit, cum ait *alius eum videns.* Nam ancilla cepit dicere circumftatibus; itaque exeuntem circumftabant, & quidam ex illis grauius illum vifit, moleftior quam ancilla. Nec alia fententia Ioannis eft: qui fecundam negationem ad ignem factam infinuat; nam Petrus vt fugæ fufpicionem amoliretur, ad interiora atrium rediit. Multi autem, vt fieri folet, illi dicunt quod ab ancilla audierant.

Tertia ne-
gatio.

Tertia negatio alteram secuta est, post pŭbllum, Lucas v. 19. ait intervalum quasi horæ vnius. Ea hora liber ab infestatione Petrus; Dominus enim examinabatur, testes audiebantur, & omnium animi eam in rē erant intenti, & ipse adeo Petrus. Tandem qui stabant accedunt, & non dicunt modò, sed probant, eum esse

discipulum. Nam Gallileus inquit, hoc loquela
monstrat, licet enim Syrice loqueretur, linguam tamē
sua dialecto utebatur. Quid autem tibi homini Gal-
ilæ hæc negotia est, cur nobis te nocturnum susci-
pas ante? quo loco ad nos venisti? Accessit Ioan.
26. cognatus Malchi, & affirmat se in horto cum ve-
nisse. Hic iam trepidat, ne forte accusetur gladium in
ministros magistratus strinxisse. Tunc cepit nūq̃
paul? se deuotuerē, & iurare, quia non nouisset hominē. Vi-
bi notandum est: cum ait non scire quid dixerat. Non hoc
eum indicare, se linguam eorum non intelligere. Sed
de negotio nihil scire, quis ille homo sit, cur capti-
sus sit. Nec quid sibi velit, quod se eius discipulum nomi-
nent, non agnoscere mysteria discipularis illius. Per-
inde enim legerit, ac nescire esse aliquem scilum, qui
discipulos haberet. Dum autem ista postrema loque-
retur *eu. 8. 86.* ex Gallis cantauit Marc. 18. 72. Et Matthæ
di. 26. continuo. Lucas *22. 69.* & ipse eu. 18. 26. ait. In
ipso facto, continuo adhuc ipso loquente Gallus cante-
bat. Tum respexit quod Iesus, qui in atrio eodem sedebat,
quot gradibus altiore detinebatur. & recordatus ei
predicationis Petrus. Et egressus foras fleuit amarus,
& prædixit molesti essent ministri, eorum furorem imitari
Domnus cohibebat.

VERSUS 75.

*Et recordatus est Petrus verbi Iesu
quod dixerat: Priusquam Galileus
cantet, ter me negabis. Et egressus
foras fleuit amare.*

QVÆSTIO I

An Petrus iustitiâ exciderit?

§. 1. **E**Xcusiari eum aliquo modo posse nonnulli existimant. Hilarius can. 32. in Math. Ambrosio in c. 22. Lucæ defensiones adferunt. Nam omnia laquea esse posse, quæ protulit. Non nulli eum. Perdidit scilicet, quia nemo nouit filium nisi pater. Non noui hominem quem dicis. Scilicet purum hominem, peccatorem, malefactorem. Sed Hilarius eum non excusat, nec Ambrosius, sed dicit. Oseret, & quæ a quibusdam audirentur, admonet. Amb. Sed nos excusamus. Dominus non excusauit. Non enim facta est inuoluta responsio. Confitemini Iesum, sed aperta confessio. Deinde profert uerba in uoluntate. Si uideri uis denegasse: & ille Petrus non de inuidia sua responsio. Sed inducit. agna & idea recordatus est. & amare sinit.

Maluit enim ipse suum accusare peccatum, ut in se justificaretur, fatendo, quā gravaretur negādo. Iustus enim in principio accusator sui est, & ideo fleuit. Quare fleuit? Quia culpa obrepserat.

Graniter igitur peccauit, negato coram hominibus Christo, & quidem insigni peritio, & deuotendo ad diris. Recte August. vocat *tetrum crimen*, etiam Jo. & Chrys. hom. 83. in Matthæum: hoc etiam latine amare testantur, quas non modo ad crimen eluendi, sed etiam ad fidas excusationes abolendas cōfinit.

§. 2. Hæretici peccasse gravissime testantur in
 his modis illius crimen exaggerant. In primis Bullingerus L. 10. & hæc qui dem in re
 nus sunt reprehendendi, reuera enim grave fuit Pecc
 peccatum, licet non ex malitia, sed infirmitate & ti
 more admissum.

Quod vero eundem Petrum retinuisse in mem-
peccandi feruore caritatem, iustitiam, spiritum & in-
miniscuntur, plane est intolerabile. Et quidem Zwi-
glius Petri peccatum negat esse ad mortem, quod mor-
tu & infirmitate peccauit, impiorum peccata ex desti-
nata malitia peccantium esse ad mortem, ac proinde
irremissibilia. Peccatum non ad mortem est illius pec-
catum ex Dei misericordia veniale astant, modolus

prædestinatus, Caluinus l. 2. in libro 8. §. 59. Sanctorum electio venialis esse, non super naturam, sed quia ex Dei misericordia veniam consequuntur. Hinc Bellarminus l. 1. c. 7. de amissione gratia, & statu peccati. Petrus ter negando peccando mortaliter peccauit, erat autem prædestinatus, igitur prædestinatus posuit peccare mortaliter.

Respondet Bellarminus Pareus p. 69. [Hoc datur notum. Et aut Petrus negando, eiurando penitus fide excussit, & excidit gratia, aut non. Si penitus hæc amiserit, sequitur irritam fuisse Christi pro Petro præcationem, Luc. 22. 32. Si non amisit, fallitur Bellarminus.]

Respondet obiectioni sibi repugnant. Non amisit Petrus fidem penitus, imo ne fidei quidem partem. Negauit scire quid amissa loqueretur, negauit nouisse hominem, petierunt, nec tamen quod metus infirmo expressit, etiam animo sensit, contra mentis vox erat. Intelligebat quid diceretur, Dominum quærit negauit repetito perituro noverat, non igitur fide perdidit, nec manebat Domini oratio Luca. 22. 32. Imperauit namque, ne fides eius decideret. Caritatem tamen Iustitiamque, perdidit, si de enim infirmi, nec iam dilectionis fluxu viuente, iustus esse non poterat, licet fidelis esse non desineret. Verum præstat argumentationem in aduersarium conuertere. Aut Petrus negando eiurando penitus fidem, qua crederet, sibi remisit peccata omnia. (quæ Caluinus ista est fides iustificans) excussit, & excidit gratia, aut non. Si excussit & excidit gratia, fides & gratia amitti possunt. Si non. Ergo & Caluinus, mentiendi, petierando, dicendo non uisisse Christum, asserendo Deum esse Diabolum, & e contrario hunc esse Deum, fidem iustificantem, gratiam, Spiritum Sanctum retinuit. Quod si annuant, nulla fide digni sunt. Atque hoc summum est iniquitatis eorum mysterium.

§. 3. Viget solidè & fortiter propositum Bellarm. cum peccata Adamo, Dauide, Petro aut potuerunt consistere cum fide iustificante, aut non. Si non: excusserunt fidem iustificantem, & per hoc fuerunt lethalia. Si potuerunt: sequitur homines iustificatos libere præuicari Dei mandata, &c. Omnia enim a Deo sunt condonata, atque remissa.

Pareus respondit est. Quod Caluinus dicat, adulterium, homicidium, periuria, &c. posse consistere cum fide iustificante, vel fidem veram, viam & iustitiam tenere in homine cum grauissimis lapsibus, est pura putatio calumnia. Etiam si consisteret non tamen haberet licentiam peccandi, quia Deus grauissimis flagellis lapsus sanctorum vindicatur, quibus ad resipiscendum eos compellit. Fides egra non iustificat, sed sana, libera. 4. Deus ante resipiscendum imputat peccata in flagello pœnas temporales, & imputat etiam infligendi æternas nisi resipiscerent. Fides est habitus, sed eius actus propius est remissionem peccatorum accipere. Iustificatio non est remissionem peccatorum recipiens. Fides habitus alter manens, iustificans dici non potest.]

Respondet egregia Bellarmini ratio, adeo solida, ut hic diu vellitur ab aduersario totidè verbis cõfimetur. Nam, ut ad primum respondam, luculentum est in re data mendacium, causæ desperatæ indicium. Dicit enim non modo Caluinus, quod affirmare eum diceretur, putam calumniam clamat Pareus: Sed ipse etiam Pareus dem dicit. Flagitia illa cum fide iustificante possunt consistere. Nam li. 3. in lib. c. 1. §. 21. ita pia mens, ut cum quodam modum exagietur, ac diuertitur, supra omnes tamen diffinitas tandem emergit, nec sibi misericordie diuina fiduciam excedit, & fatigat, in istius fiducia certitudine excedit. §. 20. Duo quæ fidem oppugnat proponit. Ipsa (inquit) præuicacia conscientia incumbente peccatorum mole oppressa, gemit, &c. Siue ergo res aduersæ in Dei præseferant, siue eius argumentum & materiam conscientia inopereperit, inde tela & machinæ ad profligandam fidem iniquitatis arripit. Hinc gemit in aduersitatem promouetur. Cum illa fide adulterium, homicidia consistere possunt, quæ quantumvis conscientia mole peccatorum oppressa gemit, arguat Adam Conzen in Euang. Tom. I.

fremat, tumultuetur, quantumvis argumentum & materiam iræ diuina in se reperiat; tamen eam pia mens nunquam excuti patitur, sed emergit, &c. ac, talis est fides Caluini, ergo cum ea possunt illa flagitia in eadè sede morari: idem paulo post: Ergo quod iam superius dictum est, rursus asserimus, fidei radicem nunquam a pio pectore auelli, quin ima in parte defixa hæreat. Et non in cordibus, priorum regnat incredulitas, sed foris oppugnat, nec lethaliter vulnerat sunt telia, sed infestat, aut certe sic ledit suis telis, ut vulnus sit sanabile. Inde rursus explorata ratio, ad id, quod Cardinalis dixit, probandum: Semper hæret Caluinitis fides, aliquando sunt in eisdem scelera, simul ergo fides & scelera. Dilucidius etiam §. 24. contra Semipapistas qui dicebant: Si Christum consideras, certa salus, si ad te ipsum reuerteris, certa damnatio. Qualis autem (inquit Caluinus) illa fiducia, quæ subinde desperationis cedit? Deinde argumentum retorquet. Si te ipsum consideras certa damnatio: Sed quoniam Christus cum omnibus suis bonis, sic communicatus, ut omnia eius tua fiant, ut fias eius membrum, adeoque vnum cum ipso: Iustitia eius tua peccata obruit, &c. Christus (anè a nobis separare, aut nos ab ipso minime conuenit: Sed utraq, manus fortiter retinere oportet, quæ se nobis agglutinauit societate, &c. nec solum in diuino societatis nexu nobis adheret, sed mirabili quadam communione in vno corpus nobiscum coalescit in idem magis ac magis, donec vnum penitus nobiscum fiat. Sic ille contra semipapistas. Ex quo contra semicaluinianum Pareum Papistæ. Fiducia illa nunquam cedit desperationi, Christus cum omnibus suis bonis communicatus est nexu in diuino Caluinitis, omnia Christi facta Caluinitarum sunt, iustitia eius, eorum peccata obruit, ergo cum sceleribus illis manet Christus cum omnibus suis bonis, nec auelli potest, nexu in diuino agglutinatus, inter bona illa, & fides manet ergo fides, &c. §. 30. Quorsum autem fides saluifica, nisi quatenus nos in Christi corpus inserit? manet ergo & fides saluifica inserens eos in corpus Christi, & scelera inserentia in corpus demoniorum.

§. 4. At §. 31. etiam exemplo nostrum Caluinastrum refutat Caluinus. Rebecca oraculo certior facta, de electione filij sui Iacob, eius benedictionem malo artificio procurat: maritum suum gratia Dei testem ac ministrum decipit: filium suum cogit mentiri: varijs fraudibus & imposturis corrumpit Dei veritatem, denique, ludibrio exponens eius promissionem, quantum in se est eam aboler. Neg, tamen hoc opus quamlibet reprehensione dignum fide vacuum fuit. Et paulo post: Docent certe hæc exempla, errores sape fidei esse permixtos: Sic tamen ut primum semper illa teneat, ubi vera est. Siculi enim Rebecca particularis error, non irritum benedictionis effectum reddidit, sic nec fides, quæ generaliter dominata est in eius animo, principiumque & causa fuit illius actionis. Dixerat ante: posset hic tamen moueri questio, quid de Sara, & Rebecca sentiendum sit, quarum utraq, fidei zelo, ut videtur impulsæ extra fines egressæ est. Fides vero quæ manet in his vera & viuua fuit. Forma argumenti nostri hæc est. Peccata Sara & Rebecca Caluino in Gen. 16. sunt obrepens desperatio sobolis, lechi coniugalis pollutio, coniugij corruptio, mariti ad impatientiam incitatio, denique, adulterij rea est, & marito eiusdem criminis causa. Rebecca peccata hic enumerat. Malo artificio procurare benedictionem, maritum decipere, filium ad mendacium cogere, corrumpere Dei veritatem, ludibrio exponere promissionem, tam quantum in se est aboler. Sed cum his manet fides; imo fides causa est, principium harum actionum. Etsi n. Abrahæ & Saræ, ut ait, Caluinus claudicat fides, non tamen in substantia, sed medio, vel agendi ratione, pari ergo ratione, si idem faciant Caluinitæ, illa adulteria non tollent fidem. Errores illi cum fide permanent.

Eadem sententia Beza. Fides (inquit) in 1. Tim. c. 4. v. 1. Est certa nostra in Christo electionis persuasio, si autem certa est electio, fidem etiam perseverantia donum semper comitetur necesse est. Agit vero de fide iustificante, fide electorū, quæ a temporaria fide multis distinguit. Parem facit infirmitate

Cum omni
scelerema
net fides
Caluini
ma

Sanctorū
lapsus.

An Petrus lachrymis culpam dilacerat?

§. 1. Sola fide, hoc est, certa persuasione deleri peccata hæretici fingunt. Negant enim Deum imputare peccata illi, qui fidem habeat. Sed in eo con-

stantes sunt, nec inter se conveniunt. Patet. 1. c. 7. de amissione gratiæ & statu peccati, fidem quædam est actualiter iustificare, ait, & remissionem peccatorum recipere, ex quo sequitur: Petrum, cum deleteret, hominem non nosse, eodem tempore potuisset accipere remissionem, si cogita- et se certum esse, petiti- negationis sibi culpam non imputari. Aliis tamen habebis sufficit, ut alio loco Patet. At ex hinc de orthodoxa fide constat: Peccata Dei gratia expellit, ad eam opus esse contritione, contritionis effectus esse lachrymas, illis penas temporales remitti: Illis pro peccato fieri satis. Hinc Ambrosii nobilis sententia; lachrymæ veniam non petunt, sed merentur. Et 10. in Luc. 22. Petrus doluit & fleuit, qui erat in hinc. Non inuenio quid dixerit, inuenio quod fleuit. Lachrymæ namque lego, satisfactionem non lego. Sed quod desiderat non potest ablati potest. Lauant lachrymæ delictum, quod voce purior confiteri. Et venia stetit consulunt, & per eundem. Lachrymæ sine horrore culpam loquuntur; lachrymæ crimen sine horrore verecundia confitentur. Lachrymæ veniam non petunt, & merentur. Inueni cur tamen Petrus ne tam cito venia plus offenderet. Ante stendum est, sic precandum. Bona lachrymæ, quæ lauant culpam. Denique, quos Iesus respicit plorant delictum. Negavit primo Petrus, & non fleuit, quia non respicitur Dominus. Negavit secundo, non fleuit, quia adhuc non respexerat Dominus. Negavit & tertio, respexit Iesum, & illa marisime fleuit, &c.

Hoc in loco solum hæretici notant, quod ait. Lachrymæ eius lego, satisfactionem non lego. Non enim satisfecit pro peccato, ut remittere tur culpa, sed doluit, & fleuit, sed culpa remissa, per sequentes lachrymas satisfecit pro temporali pena. Ambrosium autem agnoscere satisfactionem clarus est: quæ ut docere sine cesse. 1. 7. in 13. Luc. Superest nunc ut intelligamus quid sit veritas figura quæ adit. Et videtur visualiter expressum nomine delictus spiritualis arcanum. Nam sicut qui peccatum soluit, delictum reddunt, nec prius euacuatur sanctorum nomen quam totius sortis ad minimum usque, quocumque solutionis genere quatuor priuata soluitur. Sic compensatione charitatis actum, per aliquorum vel satisfactione quacumque peccati pena dissoluitur.

§. 2. De lachrymis Petri Athanasius de Virgini. Magna liquidem virtus in lachrymis, & preclara per eam sunt: magna peccata, & iniquitates per lachrymas obliterantur, pro- teste mihi est Evangelium. Quoniam enim Saluator noster transiit esset Iudæis, Petrusque tunc iurando illum abnegavit, tantum gallus cantaret, Dominus autem directio in eum vocem afflaxisset, memorque ibi reddidit. Petrus esset, verbi Domini, quod ei dixerat, antequam gallus sonet, ter me abnegabis, transiit foras amare lachrymatus est. Vides qualem remedium in lachrymis, specta quæso, quæ in iniquitatem deleuerint. Quid enim tritus hoc vitio? quippe qui ter iurando Dominum abnegauerit, tantum tamen scelus per lachrymas deleuit. Vides itaque quam vim habeant lachrymæ. Quandoquidē illa scripta sunt pro nostra doctrina, ut nos per illa incedentes, vitam æternam possideamus. Scimus nostrum deslere peccatum, lauare delictum. Vnde et lapsus sanctorum utilis. Nihil mihi nocuit, quod negavit Petrus, profuit quod emendauit. Didici cauere alloquia peruersi. Petrus inter Iudeos negavit; Salomon contubernis gentium conceptus errauit. Fleuit ergo amarissime Petrus, fleuit ut lachrymæ suam posset lauare delictum. Et tu si veniam vis mereri, dilacerat lachrymis tuam eodem momento, eodem tempore respice te. Obsecro. Et oratione contra omnes hæreses. *ὁ ἄνθρωπος ὁ ἀνθρώπου τὸ πᾶν ἐκείνου.* Et per lachrymas aspergit negationem in ipsa penitentia. Itaque lachrymæ sunt penitentia, & in illis satisfactio, non pro peccato eterna, sed temporali.

CAPIT.

intate lectionem & fidem, electio Calvinistarum in horrendis lapsibus manet immota, ergo & fides inquam vera, viua. Postremo ipsi: aduersarius Comm. in Ro. 11. dub. 17. verbosissime de fide indelebili disputat, professus se de vera, viua fide, quæ est *ἀνθρώπου* agere. Hæc est eius sententia, indelebilis simpliciter, ergo cum horrendis lapsibus consistit.

Quæro etiam, quid sibi velit illa in Coll. Mompelgardensi disputatio, ubi Beza affirmat. Simonem Magum non habuisse veram fidem, si enim veram fidem habuisset, eam nunquam amisisset pag. 463. Et Dauid nequaquam amisit sed retinuit in adulterio fidem. Ergo hæc de vera fide dicuntur, aliis illis cum Lutheranis non est controuersia.

§. 5. Ad 2. An vero Deus lapsus sanctorum vindicet: aliter Calvinus li. 2. c. 4. §. 29. Certe si punit Deus peccata imputat si vindicat recordatur. Secundo. Secum conligit: Supra cratalia eius oratio. Peccata non damnare; non præterita, quia iustificatus est, non præsentia, quia remissa, non futura, quia non imputabuntur. Tertio. Etiam illæ pœnæ, seu vitiones licentiam non coercent. Nam mox ab adulterio, homicidio credete possunt sibi remissa, atque ita flagella auertent. Quarto ab æterna pœna sunt liberi: mi, at multorum in hac vita grauissima illa flagella non sentiunt.

§. 6. Ad 3. Fides ægra non iustificat: tu quidem hoc fingis, at damna te Calvinus li. 3. Inst. c. 2. §. 19. Summa hæc sit, ubi primum vel minima fidei gutta mentibus nostris instillata est, iam faciem Dei placidam & serenam nobisque propitiam, contemplari incipimus. Ergo tum iustificamur, quia apprehendimus iustitiam, & Deum contemplantur propitium. Secundo Calvinus, lib. 3. inst. c. 2. §. 21. Quum ergo concutitur fides perinde est, ac si violento ictu iaculi, miles aliquis firmus pedem mouere cogatur, & paulum cedere: cum autem sauciatur fides ipsa, perinde est, ac si chelys fractionem aliquam ex impressione recipiat, sic tamen ut non perforetur. Tertio ibidem. §. 12. Hoc interim tenendum est, quantumvis exigua sit, ac debilis in electis fides, quia tamen Spiritus Dei certa illi arrha est ac sigillum suæ adoptionis, nunquam ex illorum cordibus deleri posse eius sculpturam. Graue & solidum hinc argumentum: Ea fides quæ certa est arrha Spiritus Sancti, & sigillum adoptionis, est fides iustificans, sed exigua etiam & debilis est arrha & sigillum, ergo iustificans. Ergo fides iustificans non deletur ex cordibus electorum, ergo & fides debilis, est fides iustificatrix. At verum esto: fidem ægram non iustificare, nulla ergo iustificat, omnis enim fides impie facta est, ideoque peccatum ex natura mortale, nulla ergo iustificat. Omne enim peccatum mortale ægrum, nullum est sanum.

§. 7. Ad 4. Temporales non semper infligit pœnas, æternas ob electionem non potest infligere, nec aduersarii philosophia permittit illas conditionatas. Nisi respicerent, hoc enim est dicere: Si non essent electi.

§. 8. Ad 5. Subtile videtur homini crasso effugium in distinctione fidei, actualis & habitualis. Verum omnem Calvinistarum fidem iustitiamque auertit. Rem paucis examinemus.

1. Fides iustificans, seu certa persuasio salutis est simpliciter indebilis. Actus fidei est fides iustificans, seu certa persuasio salutis, est igitur simpliciter indebilis. Maior est Aduersarii & minor, debet ergo & esse conclusio. (suasio salutis.)

2. Actus fidei non est indebilis, non igitur certa persuasio salutis, quæ est indebilis fides, ac solus habitus est indebilis, solus ergo habitus est persuasio salutis, solus ergo habitus fides iustificans.

4. Minima stilla fidei fides exigua & debilis est arrha, &c. facit ut Deum propitium contemplantur, si illa fides est habitus, ergo iustificat fides habitualis. Si actus, ergo falsum quod ait Calvinus, eam non posse deleri. Actus enim facile euanesceat.

Fides in-
firma iu-
stificat.

AD 3.

+ Eu.